MISSALE DIOECESIS SALISBURGENSIS

Salzburg (?), Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

cui est mortua puella sed dor-
mit. Et deridebant eum scientes quia
mortua est. Ipse autem tenens ma-
num eius clamavit dicens. Puel-
la surge. Et reversus est spiritus
eius et continuo surrexit. Et
iussit illi dare manducare. Et
stupuerunt parentes eius. Qui-
bus precepit ne alicui dicerent
quod factum fuerat. Offertorium. iij.
Respice in me et miserere mei
domine quoniam unicus et pauper sum
ego vide humilitatem meam et
laborem meum et dimitte omnia peccata mea
deus meus. Ps. Ad te domine levavi animam
meam deus meus in te confido non erubescam.
Protector in te spe- Oratio.
rantium deus sine quo nichi-
l est validum nichil sanctum multi-
plica super nos misericordiam tuam ut te
rectore te duce sic transeamus per
bona temporalia ut non amittamus
eterna. Per. Lectio epistole b. petri apostoli. v.
Karissimi. Humiliamini sub po-
tenti manu dei ut vos ex-
altet in tempore visitationis. Omnem
sollicitudinem vestram proicientes
in eum quia ipsi cura est de vobis.
Sobrii estote et vigilate quia ad-
versarius vester dyabolus tamquam
leo rugiens circuit querens quem
devoret. Cui resistite fortes in fide
scientes eandem passionem ei que
in mundo est vestre fraternitati fieri.
Deus autem omnis gratie qui vocavit
nos in eternam suam gloriam in christo
ihesu modicum passos ipse perficiet
confirmabit solidabitque. Ipsi
gloria et imperium in secula seculorum.
Amen. Graduale. Iacta cogitatum tuum
in domino et ipse te enutriet. V. Dum cla-
marem ad dominum exaudivit vocem
meam ab hiis qui appropinquant michi.
Alleluia. V. Diligam te domine virtus mea
dominus firmamentum meum et refugium
In illo tempore. Erant Secundum lucam. meum.
appropinquantes ad ihesum pub-
licani et peccatores ut audirent
illum. Et murmurabant pharisei
et scribe dicentes. Quia hic pecca-
tores recipit et manducat cum
illis. Et ait ad illos parabolam
istam dicens. Quis ex vobis
homo qui habet centum oves et
si perdiderit unam ex illis. nonne
dimittit nonaginta novem in
deserto et vadit ad illam que
perierat donec inveniat illam.
Et cum invenerit eam imponit
in humeros suos gaudens. Et
veniens domum convocat ami-
cos et vicinos dicens illis. Con-
gratulamini michi quia inveni o-
vem meam que perierat. Dico vo-
bis quod ita gaudium erit in celo super
uno peccatore penitentiam agente
quam super nonaginta novem iustis
qui non indigent penitentiam.
Aut que mulier habens dragmas de-
cem et si perdiderit dragmam unam